

comparaverit. Hic autem gradus licet multo pre-
stantior sit priori, nondum tamen talis Mathematicum
cultor, qui hic subsisterit, nec ulterius fuerit pro-
gressus, perfectus mihi Mathematicus dicendus
esse videtur, sed ille demum, qui a prioribus
hisce ad tertium quoque ascendit cognitionis gradum,
cujus requisitum est, ut quis non solum veterum
et recentiorum inventa, etsi eorundem inventionis
ratio ab aliis detecta nondum sit, indagare, sed et
quicquid est occulti, in Mathesi suo, quod dicitur
marte, seu propriis ingenii sui viribus eruere va-
leat. Quod autem hic de mathesi viri ingenii
osis non ignotum esse scio, id meo iudicio ad
universam cognitionem humanam, quae Phi-
losophiae nomine venit, extendendum esse vi-
detur. Etenim quicumque saltem terminorum et
distinctionum occurrentium significationem
cognitam habet, tantumque novit in quot
disciplinas Philosophia dividi solet, quot
sectae in hac a principio usque ad nostra
tempora floruerint et similia; infimum saltem
Philosophiae gradum obtinuisse censendus
ac nullo modo realis Philosophus appellandus

erit, seu
magis
hoc no
seu, qu
Sympat
forma
vovib
concep
vero
Lexici
pius d
interi
miram
quam
quae a
usq ad
et sim
gradu
a sup
ipse
reali
losoy
qui a

Qua omnia
simam ju
ho Veritab